

Séquence I, texte 3.

Ovide, *Les Métamorphoses*, livre XV, discours de Pythagore, vers 146-159 et 252-269.

- Magna nec ingeniis investigata priorum
quaeque diu latuere¹, canam ; juvat ire per alta
astra, juvat terris et inertis sede relictis
nube vehi validique umeris insistere Atlantis
5 palantesque homines passim et rationis egentes
despectare procul trepidosque obitumque timentes
sic exhortari seriemque evolvere fati :
O genus attonitum gelidae formidine mortis,
quid Styga², quid tenebras et nomina vana timetis,
10 materiem vatam, falsi pericula mundi ?
Corpora, sive rogi flamma seu tabe vetustas
abstulerit, mala posse pati non ulla putetis !
Morte carent animae semperque priore relictis
sede novis domibus vivunt habitantque receptae.
(...)
15 Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix
ex aliis alias reparat natura figuras :
nec perit in toto quicquam, mihi credite, mundo,
sed variat faciemque novat, nascique vocatur
incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
20 desinere illud idem. Cum sint huc forsitan illa,
haec translata illuc, summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
crediderim : sic ad ferrum venistis ab auro,
saecula, sic totiens versa est fortuna locorum.
25 Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
esse fretum, vidi factas ex aequore terras :
et procul a pelago conchae jacuere³ marinae,
et vetus inventa est in montibus ancora summis.
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
30 fecit, et eluvie mons est deductus in aequor,
eque paludosa siccis humus aret harenis,
quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus ument.

¹ latuere = latuerunt.

² Styga = Stygem, *accusatif singulier (déclinaison grecque)*.

³ jacuere = jacuerunt.

Ovide texte aéré

- Magna nec ingeniis investigata priorum
quaeque diu latuere⁴, canam ; juvat ire per alta
astra, juvat terris et inertis sede relictis
nube vehi validique umeris insistere Atlantis
- 5 palantesque homines passim et rationis egentes
despectare procul trepidosque obitumque timentes
sic exhortari seriemque evolvere fati :
O genus attonitum gelidae formidine mortis,
quid Styga⁵, quid tenebras et nomina vana timetis,
- 10 materiam vatum, falsi pericula mundi ?
Corpora, sive rogi flamma seu tabe vetustas
abstulerit, mala posse pati non ulla putetis !
Morte carent animae semperque priore relictis
sede novis domibus vivunt habitantque receptae. (...)
- 15 Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix
ex aliis alias reparat natura figuras :
nec perit in toto quicquam, mihi credite, mundo,
sed variat faciemque novat, nascique vocatur

⁴ latuere = latuerunt.

⁵ Styga = Stygem, *accusatif singulier (déclinaison grecque)*.

- incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
- 20 desinere illud idem. Cum sint huc forsitan illa,
haec translata illuc, summa tamen omnia constant.
- Nil equidem durare diu sub imagine eadem
crediderim : sic ad ferrum venistis ab auro,
saecula, sic totiens versa est fortuna locorum.
- 25 Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
esse fretum, vidi factas ex aequore terras :
et procul a pelago conchae jacuere⁶ marinae,
et vetus inventa est in montibus ancora summis.
- Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
- 30 fecit, et eluvie mons est deductus in aequor,
eque paludosa siccis humus aret harenis,
quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus ument.

⁶ jacuere = jacuerunt.